



PORTIONIS QVARTÆ

PARS SECUNDA

De causa Meteororum Efficiente.

{ Ordinans , omniaque per se,hoc est primo & centraliter agens: estque hæc increata, ipse scilicet DEVS : de qua tractat integer membra huius primi liber.

Efficiens Meteororum causa est vel

{ Supernaturalis & spiritualis,
vel

{ Exequés &
pro voluntate diuina
operans,
nempe
Angeli

Naturalis, quæ est vel

{ Boni, de quib.
Exequés &
pro voluntate diuina
operans,
nempe
Angeli

{ Atq; hi spi-
verba facit
liber secundus
mēbri huius.
Mali & de his
liber mem-
bri huius ter-
tius.

{ ritu diu-
no ad mā
data crea-
toris ex-
quenda a-
gitantur.

{ Cœlestis, vti cœli atque stellarum in-
fluentia lucidae , de quibus mem-
brum secundum.
Elementalis , & de his tractat mem-
brum tertium.

C A P. I.

De causa efficiente in genere.

MIRVM est, ipsos Peripateticos posuisse causæ efficientis definitionem esse quod sit, vnde principium motus & quietis est, & tamen hacten actum seu primum rerum omnium motorem ignorare vel saltem agnoscere noluerunt, loco cuius qualitates primas, quas actius vocant, intelligere volentes, atque ita effectus, à motore, verbo nempe diuino, omnia creante atque illuminante procedentes, pro efficiente male acciperunt & nonnulli profundius in istius primi motoris naturam perquirentes, eum esse ipsum Fati actum & quasi naturam internam concluserunt. Nos vero ex sacrarum literarum doctrina instructi dicimus, solum rerum omnium actorem solumque in omnibus motorem esse DEVUM, videlicet verbum diuinum seu Spiritum sanctum. *Verbo Domini inquit David firmati sunt cœli, & spiritu ab ore eius omnis virtus eorum.* Vnde non modo mundus & mundi partes ab eo quasi solo actore perficiuntur, sed etiam omnis actus, & virtus, & opus in eo, siue sive terræ seu cœli & elementorum, perficiuntur mediante eius spiritu. Hinc alibi dictum est: *Venite videte opera DEI, Dicite Deo quam reuerendus es factis tuis, Psal. 66.5.* Et alibi. *DEVS quicquid vult facit in cœlis ac in terra per maria & omnes abyssos, Psal. 135.7.* Et alibi. *Opera tua sunt mirabilia & ampla, quæ omnia fecisti in sapientia, Psal. 103.24.* At fortassis respondent nonnulli, hæc esse intelligenda & accipienda de rebus in creatio- ne editis, & non de naturali rerum productione atque progressione, & quod meteora varia, quæ secundum temporis statum atque dispositionem oriuntur, non prouenant à Deo, sed à rebus à Deo creatis, & à calore seu frigore tanquam primariis in natura qualitatibus, agentibus. At DEVS bone, quam absurdum est existimare, calorem posse procreari, nisi ubi sit natura ignea, cuius est inde- finire.